

Juxta 2

<p>Agit hominibus gratias et eorum benivolentiam erga se diligentiamque conlaudat. Ipse inflammatus scelere et furore in forum venit ; ardebant oculi, toto ex ore crudelitas eminebat. Exspectabant omnes quo tandem progressurus aut quidnam acturus esset, cum repente hominem proripi atque in foro medio nudari ac deligari et virgas expediri jubet. Clamabat ille miser se civem esse Romanum, municipem Consanum ; meruisse cum L. Raecio, splendidissimo equite Romano, qui Panhormi negotiaretur, ex quo haec Verres scire posset. Tum iste, se comperisse eum speculandi causa in Siciliam a ducibus fugitivorum esse missum ; cujus rei neque index neque vestigium aliquod neque suspicio cuiquam esset ulla ; deinde jubet undique hominem vehementissime verberari.</p>	<p>Verrès remercie les Mamertins et fait grand éloge à la fois de leur bienveillance et de leur zèle envers lui. Enflammé par le crime et la fureur, lui-même se rend au forum. Ses yeux étincelaient ; la cruauté lui sortait par tout le visage. Tous attendaient jusqu'où il irait enfin et ce qu'il allait faire, quand soudain il ordonne de traîner l'homme devant lui, de le placer nu en plein forum, de l'attacher et de dénouer les verges. Il criait, le malheureux, qu'il était citoyen romain, du municpe de Compsa, qu'il avait servi sous L. Raecius, chevalier romain très connu, négociant à Palerme, qui pouvait apprendre ces faits à Verrès. Alors cette crapule prétendit avoir la preuve qu'il avait été envoyé en espion en Sicile par les chefs des esclaves fugitifs¹ : de ce fait, aucune dénonciation, aucune trace, aucun soupçon chez personne ; puis ordre est donné aux six licteurs de frapper l'homme à la fois avec le plus de violence possible.</p>
<p>Caedebatur virgis in medio foro Messanae civis Romanus, judices, cum interea nullus gemitus, nulla vox alia illius miseri inter dolorem crepitumque plagarum audiebatur nisi haec, « Civis Romanus sum ». Hac se commemoratione civitatis omnia verbera depulsurum cruciatumque a corpore dejecturum arbitrabatur ; is non modo hoc non perfecit ut virgarum vim deprecaretur, sed cum imploraret saepius usurparetque nomen civitatis, crux, - crux, inquam, - infelici et aerumnoso, qui numquam istam pestem viderat, comparabatur.</p>	<p>On tailladait à coups de verges, en plein forum de Messine, un citoyen romain, juges, et pendant ce temps, dans la souffrance et sous le claquement des coups, le malheureux ne poussait ni gémissement ni autre cri que ces mots : “Je suis citoyen romain”. En rappelant sa qualité de citoyen, il croyait fermement qu'il écarterait tous les coups et détournerait la torture de son corps. Or non seulement il ne réussit pas à éloigner par ses prières la flagellation violente des verges, mais encore, lorsqu'il multipliait ses instances et se réclamait de son titre de citoyen romain, une croix, une croix, dis-je ! était préparée pour cet infortuné accablé de tous les maux, qui n'avait jamais vu un fléau tel que Verrès.</p>

¹ Allusion à la révolte de Spartacus ; les esclaves révoltés avaient pendant un temps envisagé de passer en Sicile en 72. Le mandat de Verrès avait alors été prolongé d'un an, parce que le Sénat savait qu'il tenait la Sicile d'une main de fer.